



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

335. Ne Clerici laicalibus induantur vestibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ne Clerici laicalibus induantur vestibus.
Ex Concilio quo supra.

Burchard. lib.
2. c. 208.

CCCXXXV. Ut laicalibus vestimentis Clerici non utantur, id est, mantellum vel cottam sine cappa, nec pretiosis & ineptis calciamentis & aliis novitatum vanitatibus, sed religioso & decenti habitu incedant. [*Vide Capitulare Ahytonis Episcopi Basil. cap. 15.*]

De eadem re. *Ex Concilio Adrisphach in Bajoaria cap. xli.*

CCCXXXVI. Ut nullus Clericus vestimenta laicalia portet; nec arma, nisi tantum quod ipsius religioni deceat, induere presumat.

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Carthag. 4. c. 45.
Burchard. lib.
2. c. 209.

CCCXXXVII. Clericus professionem suam etiam habitu & incessu probet. Et ideo nec vestibus nec calciamentis decorem quaerat.

Ne Presbyteri per pretium Ecclesias obtineant. *Ex Concilio Mogontiensi.*

Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 19.
Burchard. lib.
3. c. 110.

CCCXXXVIII. Quicumque Presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur: quoniam contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dinoscitur qui alium Presbyterum legitimè ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicaverit. [*Vide supra cap. 240.*]

* * *